

ACTA ET DECRETA
QUINTI CONCILII
PROVINCIAE QUEBECENSIS
ANNO MDCCCLXXIII
CELEBRATI
PRÆSIDE ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO
ELZEARO · ALEXANDRO TASCHEREAU
ARCHIEPISCOPO QUEBECENSI

EDICTUM

CONVOCATIONIS CONCILII PROVINCIALIS V QUEBECENSIS.

ELZEARUS · ALEXANDER TASCHEREAU,

MISERATIONE DIVINA ET SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA,
ARCHIEPISCOPUS QUEBECENSIS.

*Reverendissimis Fratribus Nostris Episcopis, necnon Capitulis, aliis
que provinciæ Quebecensis Ecclesiasticis Viris, qui, de jure,
vel consuetudine, Concilio Provinciali interesse
debent, Salutem in Domino.*

Cum Sacrosancta et Æcumenica Synodus Tridentinastatuerit ut provincialia concilia quolibet saltem triennio pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis, convocentur a Metropolitanis, hujuscemodi provinciæ Quebecensis Patres in ultima sessione Concilii provincialis IV, anno 1868, non omiserunt statuere